Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Franciscus et amicus
altissimi negociator ef-
fectus. fere usque ad xx e-
tatis sue annum tempus su-
um vane vivendo consump-
sit. quem dominus infirmitatis
flagello corripuit. et in vi-
rum alterum subito mu-
tavit. ita quod iam prophetico spiritu
pollere cepit. Nam cum quadam
vice ipse cum pluribus a pe-
rusinis captus dire squal-
loris carceri mancipatus. dole-
tibus aliis. hic solus exul-
tat. Redargutus super hoc
a concaptivis. respondit. Scito
me exultare noveritis quia
adhuc sanctus per totum seculum
adorabor. Antiquus hostis
eum a salubri proposito cona-
batur avertere. et feminam
quandam monstruose gibbo-
sam cordi eius immittit.
et nisi resipiscat a ceptis
similem se facere minatur.
Sed a domino confortatus au-
divit. Francisce amara
pro dulcibus sume. et te ip-
sum contempne si me cu-
pis scire. Quod carnalis
frater suus eum derisit. C. xxxij.

Frater eius carnalis hye-
mali tempore Franciscum
vilibus panniculis tectum
orationi vacantem et treme-
bundum videns. ait cuidam.
Dic Francisco ut de sudore
suo unam nummatam tibi ven-
dat. Quod ille audiens
hilariter respondit. Revera ego
hanc domino meo vendam.

De regula quam scripsit.
C. xxxiij.

Quadam die dum au-
diret ea que dominus discipulis
suis ad predicandum mis-
sis locutus est. statim ad
universa servanda tota virtu-
te consurgit. solvit cal-
ciamentum de pedibus. tu-
nica una se vili induit.
et pro corrigia mutavit
funiculum. Scripsit preterea
ewangelicam regulam sibi et
suis fratribus habitis et habendis.
Quam dominus papa Innocen-
tius confirmavit. et cepit
ex tunc ferventius verbi
semina spargere. et civi-
tates et castra fervore
mirabili circuire.

Quod ei adheserunt.
C. xxxiiij.

Tempore hiemis per silvam
ambulans a latronibus ca-
pitur. et ab eis quis sit